

18A65

Textes des Pères

le prêtre doit avoir les livres de chant nécessaires

Reginonis Gräm. liber de eccl. discipl. s. ix - tit. 10

Hartzheim . ii, 438

« Si missalem plenarium, Lectionarium, et Antiphonarium habeat.  
Nam sine his missa perfecta non celebratur. »

Obligation pour le prêtre de chanter tout l'office

Reginonis Sum. de eccles. discipl. s. ix. tit. 28

Hartzheim ii, § 439

« Si primam, tertiam, sextam, nonam certo tempore signo  
Ecclesie denuntiet, et cursum debitum cantet. »

Interdiction des chants funèbres) ou plutôt des veilles des morts

Reginonis Hum. de eed. discipl. S. IX, art. 71

« Si carmen Hartzheim ii, 440

« Si carmina diabolica, quae super mortuos nocturnis horis  
ignobile vulgus cantare solet, et cachinnos quos exercent, sub  
contestatione Dei omnipotentis prohibeat »

Chants profanes et danses, interdits à l'église

Reginonis Sum. de eccl. discipl. S. ix . lnt. 70

Hartzheim ii, 440

« Si plebem admoneat, ut in alio Ecclesie nequaquam content,  
aut choros mulierum ducant, sed Ecclesiam ingredientes verbum  
Dei cum silentio audiant.»

Le prêtre doit savoir chanter par cœur.

Reginonis Gräm. de eul. discipl. S. IX, art. 84 et 91

Hartzheim II, 441

84. « Si psalmodium verba, et distinctiones regulariter ex  
corde cum canticis consuetudinariis pronuntiare sciat. »

91. « Si cantum nocturnum atque diurnum noverit. »

Les idées sur le chant ecclésiastique et son histoire  
au IX<sup>e</sup> siècle

cf. Walafrid Strabon - de Rebus ecclesiasticis, passim - surtout le chap. 25 - cf aussi chap. 12 à la fin - Chap. 22 - de.

Migne P. L. CXIV, 919-966

les idées sur le chant ecclésiastique et son histoire  
au ix. siècle

cf. Raban Maur . de Clericorum Insti-  
tutione livre iii Chap. 24 : de musica

Migne O. d. cvii, 401-403



Le chant ecclésiastique et sa légitimité d'après S. Thomas  
d'Aquin.

S. Thomas Somme Théol. 2. 2. q. xci a. 2

Cet article de S. Thomas est dirigé contre plusieurs hérétiques en particulier Wicleff et les Vaudois.

Utrum in divinis laudibus sint cantus affocandi assumendi.  
ad secundum sic proceditur. Videtur quod cantus non  
sunt assumendi in laudem divinam. Vicit enim Apost.  
- solus ad Coloss. 3. Vocentes et canticantes nosmetipsos  
in psalmis et hymnis et canticis spiritualibus. Sed  
nichil debemus assumere in divinum cultum præter  
ea quæ nobis auctoritate scripturæ traduntur. Ergo  
videtur quod non debemus uti in divinis laudibus  
canticis corporalibus, sed solum spiritualibus.

2. Præterea Hieronymus super illud ad Ephes. 5.  
Cantantes et psallentes in cordibus vestris domino  
dicit: Audiant hæc adolescentuli; audiant hi  
quibus in Ecclesia est psallenti officium. Vobis  
non voce, sed corde cantandum. Nec in tragædium  
modum guttur et fauces medicaminis liniendo.

sunt, ut in Ecclesia theatrales moduli audi-  
antur, et cetera. Non ergo in laudes Dei sunt  
cantus assumendi.

3. Præterea, Laudare Deum convenit parvis et  
magnis, secundum illud Apoc. 19. Laudem  
dicite Deo nostro omnes sancti eius, et qui  
timebit Deum, pusilli et magni: Sed majores  
qui sunt in Ecclesia non decet cantare. Vicit  
enim Greg. et habetur in decretis distinctione  
92<sup>a</sup>, cano. In sancta Romana Ecclesia: Pro-  
terea decreto constituto, ut in Sede hac minist-  
ri sacri altaris cantare non debeant. Ergo  
cantus non conveniunt divinis laudibus.

4. Præterea. In veteri lege laudabatur Deus  
et musicis instrumentis et humanis cantibus:  
secundum illud Psal. 33. Confitemini Dominum  
in cithara: in psalterio decem chordarum  
psallite illi. Cantate ei canticum novum. Sed  
instrumenta musica, sicut citharas et psalte-  
ria non admittit Ecclesia in divinas laudes,  
ne videatur judaizare. Ergo pari ratione nec  
cantus in divinas laudes sunt assumendi.

5. Præterea. Principalior est laus mentis quam  
laus oris: Sed laus mentis impeditur per

cantus: tum quia cantantium intentio abstracta a consideratione eorum que cantant, dum circa cantum student: tum etiam quia ea que cantantur minus ab aliis intelligi possunt, quam si sine cantu proficerentur. Ergo cantus non sunt in divinis laudibus assumendi.

Sed contra est, quod beatus Ambrosius in ecclesia Mediolanensi cantus instituit: ut August. refert in 9<sup>o</sup> confes.

Respondeo dicendum quod sicut dictum est, licet vocalis ad hoc necessaria est, ut affectus hominis provocetur in Deum. Et ideo quaecumque ad hoc utilia esse possunt, in divinis laudibus congruenter assumuntur. Manifestum est autem, quod secundum diversitas melodias sonorum, animi hominum diversimode disponuntur: ut patet per Philosophum in 8<sup>o</sup> Politic. et per Boët. in prologo Musicæ. Et ideo salubriter fuit institutum, ut in divinis laudibus cantus assumantur: ut animi inferiorum magis provocarentur ad devotionem. Unde August. dicit in 10. confes. Adducor, cantandi consuetudinem approbare in Ecclesia, ut per oblectamenta aurium inferior animus in affectum pietatis assurgat. Et de ipso dicit in 9. confes. Plebi in

hymnis et canticis tuis, suave sonantis Ecce-  
lis tue vocibus commotus acriter.

Ad primum ergo dicendum, quod cantica  
spirituali possunt dici non solum ea quæ inte-  
rius canuntur in spiritu, sed etiam ea quæ  
exterius ore cantantur, in quantum per huius-  
modi cantica spiritualis devotio provocatur.

Ad secundum dicendum, quod Hieronymus non  
simpliciter vituperat cantum, sed reprehendit  
est qui in Ecclesia cantant more theatro, non  
propter devotionem excitandam, sed propter os-  
tentationem, vel delectationem provocandam.

Unde Aug. dicit in 10 conf. Cum mihi accidit  
ut me amplius cantus, quam res quæ canitur,  
moret: penitenter me peccare confiteor: et  
tunc mallem non audire cantantem.

Ad tertium dicendum, quod nobilior modus  
est provocandi homines ad devotionem per  
doctrinam et prædicationem, quam per cantum.  
Et ideo diaconi et presbyteri quibus competit  
per prædicationem et doctrinam animos homi-  
num provocare in Deum: non debent cantibus  
insistere: ne per hoc a majoribus retrahantur.  
Unde ibidem Greg. dicit: Consuetudo est valde

reprehensibilis, ut in diaconatus ordinis constituti,  
modulationi vocis interserviant: quot ad predicationis  
officium et elemosynarum studium vacare congruebat.

Ad quartum dicendum, quod sicut Philosophus  
dicit in 8. Politic. neque fistulas ad disciplinam est  
adducendum, neque aliquid aliud artificiale orga-  
num: puta citharam, et si quid tale alterum est:  
sed quaecumque faciunt auditores bonos. Hujusmodi  
enim musica instrumenta magis animum movent  
ad delectationem, quam per ea formetur interioris  
bona dispositio. In veteri autem Testamento usus  
erat talium instrumentorum, tum quia populus  
erat magis durus, et carnalis. Unde erat per hujus-  
modi instrumenta provocandus, sicut et per promissio-  
nes terrenas: tum etiam quia hujusmodi  
instrumenta corporalia aliquid figurabant.

Ad quintum dicendum, quod per cantum quo  
quis studiose ad selectandum utitur, abstrahitur  
animus a consideratione eorum que cantantur: sed  
si aliquis cantet propter devotionem, attentius consi-  
derat que dicuntur: tum quia diutius moratur  
super eodem, tum quia ut Augustinus dicit in 10.  
confess. Omnes affectus Spiritus nostri pro sua  
diversitate habent proprios modos in voce atque

cantu, quorum occulta familiaritate excitantur.  
Et eadem est ratio de audientibus: in quibus,  
et si aliqui non intelligant quae cantantur, intes-  
ligunt tamen propter quid cantantur, scilicet  
ad laudem Dei. Et hoc sufficit ad devotionem  
excitandam.

le chantre chez les pères . Rite de son ordination

cf. P. l. LXXVIII , 508

Le chant à l'église - Histoire abrégée

f. la Préface de l'Antiphonaire grégorien

g. P.L. LXXVIII, 637